



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Ioannis Bvgenhagii Pomerani Annotationes ab ipso iam
emissæ. In Deuteronomium**

Bugenhagen, Johannes

Basileae

VD16 B 9247

Capvt IX

urn:nbn:de:hbz:466:1-36133

CAPVT VIII.

319

uidebis, hoc est quod et hic infra dicitur Dauid omnia sanctificaſe domino, nempe ad futurū tēplum.

Thou.] Iste congaudet Dauidi, figura illorum quā sponte subiiciuntur Christo, et gaudent de uictoria Euangeliū, dum interim dominatur in medio inimicorum. Emath autem ciuitas fuit in Syria Damasci, non est autem Emathia quae Macedonia est.

Cæsis, scilicet in illo loco, Idumæis] Hactenus mēdax, iam primū apparet uerbum dei uerax esse, Mæior seruiet minori, nunc Esau seruit Iacobo. &c.

Et regnauit] Curaſſe negocia regni, non in prophanis solum, sed etiam in sacrī, significatur.

Crethi et Plethi] intelligunt sagittarios et balistarios, mihi hoc incertum est.

Sacerdotes] id est primarij ad latus regis, ut uides I. Paralip. 18. Ex Iuda enim sacerdotes esse non potuerunt. &c.

CAPVT IX

Istud caput interseritur Dauidis uictorijs, ut uideas ueritatem eius toties Ionathæ et promissæ et iuratæ, scilicet quod beneficetus esset domui Ionathæ &c. Sicut enim Saul toties scribitur promissæ fidei et iuratæ uiolator, ita seruator Dauid scribitur. Vbi enim fides in deū p̄ijt, nō mirū si illic nihil fidei proximo præstetur. Ex illa

radice hunc fructum prouenire necesse est. Hinc misericordia dei uocat hoc loco David, beneficium propter deum proximo impensum, quod si non praestares, agnoscis te agere contra deum. &c.

Ne timeas. Consolatur eum, ne quid sibi mali intentari timeat propter Saulis iniquitatē. Fuit itaq; hoc uerbum à rege prolatū, non minus necessarium miserō, quām beneficium præstitū. Agros, familiā, seruos, ancillas ei dat, & ad mensam suam collocat, ut regis filius agnoscatur &c.

Claudius utroq; pede. Hoc toties scribitur, ut uideas iudicium dei contra domum Saulis. Nihil in ea relictum est, quod uel in speciem regem prestare potuisset.

CAPVT X.

 Ste Nahas est contra quem per deū egreditur Saul. I. Reg. II. sed beneficio obstrinxerat Davidem exulem, id quod in histria non legimus, ut uideas plura passum Davidē, q; quae scripta sunt. Itaq; & hæc pertinet ad ea quae supra diximus. Misericordia siue beneficium reddere uult etiā meritis gētibus, q; Ionathæ non erat oblitus, sed illæ iudicio dei occulto p istā Davidis bona uoluntatē pereūt, & ex amico hostē p deū faciūt, multosq; alios secū in interitū pertrahūt, deo uolēte. Sic &c.